



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion
Philostorgiu Kai Theodōru**

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

[Druckerlaubnis]

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

de Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris.

tuis orationibus confusus. Post admirandum Eusebium cognomento Pamphilum, qui plurimum studii impendit in colligendis libris doctissimorum virorum, qui res Ecclesiasticas conscripserant, non solum apud Christianos, verum etiam apud Judæos: & qui Historiam suam perduxit ad annum usque vicesimum piissimi & re verà à Deo ordinati Principatus, laudatissimi ac beatissimi Imperatoris Constantini: Idem argumentum tractare aggressi viri Deo chari, pari curâ ac diligentia, sicut ipsorum libri fidem faciunt, sequentium temporum Historiam conscripserunt: Theodorus scilicet Beatæ recordationis, Episcopus Cyri, & Sozomenus ac Socrates. In scribendâ autem Historiâ non eandem viam omnes tenuerunt: sed singuli peculiari modo ratiocinati sunt, & res gestas scriptis prodiderunt. Quoniam igitur nonnulla quidem eorum quæ singulis temporibus gesta sunt, utrique similiter retulisse noscuntur, rerum scilicet ordine eos compellente: quædam vero diversa ratione commemorarunt: rationi consentaneum esse existimavi, ut ea quidem in quibus inter se consenserunt, verbis illius qui apertius & elegantius eadem retulerat, huic libro infererem, notans in margine ambos Scriptores inter se convenire. Ea verò quæ peculiariter ac diverso modo ab uno quoque eorum exposita sunt, pariter demonstrabo. Ordiam autem ab Historia beati Sozomeni.

Allocutio Sozomeni ad Imp. Theodosium.

Priscos Imperatores, diversarum quemque rerum studiosos fuisse memorant, &c.

In Proœmium Theodori Lectoris, Annotatio.

κατὰ τὸ ἑμῆρον παφλαγονικόν. In MS. Codice Veneto legitur *ἑμῆρον*. Sed magis probo scripturam Codicis Allatiani. Quod si hanc lectionem sequi placet, necessario efficitur Theodorum Lectorem oriundum fuisse ex Provinciâ Paphlagoniâ. Certè ejus dictio nescio quid Paphlagonicum redolet. Ipse quoque Theodorus in hoc Proœmio ingenue fatetur, se in dicendo rudem esse & parum exercitatum. Tales autem erant Paphlagonæ, ut de Helpidio testatur Ammianus Marcellinus in libro 21. p. 186. his verbis: *Ad Prefaturam promovetur Helpidius, ortus in Paphlagonia, aspectu vilis & lingua.* Si quis tamen Venetum Codicem secutus, *ἑμῆρον* scribere maluerit: equidem non magnopere repugnabo, præsertim cum verbum *ἑμῆρον* quod præcessit, hanc scripturam confirmare videatur. Porro Theodorus Lector opus hoc suum cuidam Episcopo, aut potius Presbytero Gangrensis Ecclesiæ, hæc Epistolâ nuncupat. Hinc est quod sacrum caput & patrem eum appellat, ejusque precibus adjuvari se optat.

UT Theodoriti Episcopi Cyrensis & Evagrii Scholastici historia Ecclesiastica: Item Excerpta ex historiis Philostorgii & Theodori Lectoris; juxta Exemplar antehac Parisiis à Petro Le Petit excusum, typis Moguntinis recudantur, harum vigore licentiam impertimur. Moguntia 18. Augusti, 1679.

ANDREAS BIRNBECK S. Theol. Licent.
Officialis & Consiliar. Ecclesiasticus Moguntinus, librorum Censor.

Main body of text, consisting of several paragraphs of dense, handwritten script in a historical cursive hand.

In ...

Second main body of text, continuing the handwritten script.

Final section of text at the bottom of the page, possibly a signature or a concluding statement.